

enim facibus succensi · nolunt ut aliis ad exemplum uiuant · quod
se conspiciunt non posse possidere · Unde & peruersa mater clamat
& dicit · nec mihi nec tibi sit · sed diuidatur · Ut enim diximus · mali doc
tores quos sibi obsequi non uident ad gloriam temporalem · eos aliis inui
dent uiuere per ueritatem · Uera autem mater satagit · ut eius filius saltem
apud extraneam sit · & uiuat · quia concedunt ueraces magistri · ut uel
laudem habeant extranei · si tamen integritatem uitae discipuli non amittant
per quae piaetatis uiscera uera mater agnoscitur · quia magisterium in exami
ne caritatis adprobatur · & sola totum recipere meretur · quae quasi totum
amittere potius uoluit quam extingueretur · quia fideles propositi pro eo
quod ex bonis discipulis suis · non solum laudem aliis non inuident · sed utili
tatem esi & iam profectus exorant · Ipsi & iam demum & integros & uiuen
tes · filios recipiunt · quando in ultimo examine · ex eorum uita perfectae
retributionis gaudia consecuntur · per dominum dei filium conditorem mundi
regem & redemtorem · saluatorem & iudicem · dominum nostrum ihesum xpm ·
qui in aeterna maiestate & gloria · manet & regnat cum deo patre una cum
spiritu sancto · per infinita secula seculorum amen · LEC ISAIAE PROPH FER III

Haec dicit dominus · Lauamini mundi estote · auferte malum cogitationum uestrarum
ab oculis meis · quiescite agere peruerse · discite benefacere · & reliqua

In omnibus scripturis diuinis fratres karissimi · OMEL LEC EIUSDEM
utiliter ac salubriter ammonemur · ut peccata nostra iugiter confiteamur ·
& humiliter defleamus · maxime tamen ut in praesenti lectione ammo
net nos propheta dicens · Lauamini mundi estote · Lauamini inquit ·
per effusionem lacrimarum de peccatis quae per peccatis mundi estote per
confessionem · siue lauini per penitentiam · mundi esto · redimendo elimo
sinis peccata uestra · Lauatur itaque & mundus est · qui & praeterita for
titer plangit · & iterum flenda non amittit · Lauatur & mundus non
est · qui plangit quod gessit nec tamen deserit · & post lacrimas haec
quod fleuerat repetit · Unde de his petrus apostolus dicit · canis reuer

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0086